


AÑO LVII. — 22 DE MAYO DE 1909. — NÚM. 10.



BOLETÍN Eclesiástico
DEL
Obispado de Astorga.

SUMARIO: Circular sobre Ejercicios Espirituales.—Noticias del Prelado.—Buscoducen.—Decreto ó instrucciones de cantorales.—Nueva disciplina sobre Rescriptos de Gracia.—Conferencias morales y litúrgicas para el mes de Junio.—Instrucciones á los directores del partido integrista.

Secretaría de Cámara del Obispado.

Circular sobre Ejercicios Espirituales.

S. E. Ilma. y Rvma. ha dispuesto que en este año, como en los anteriores, haya cuatro tandas de Ejercicios Espirituales para los Sres. Sacerdotes de la Diócesis.

Los Ejercicios de la primera tanda serán desde el día 1.^o de Julio por la tarde, hasta el 10 del mismo por la mañana; los de la segunda, desde el 12 hasta el 21, y los de la tercera desde el 22 hasta el 31 del mismo mes: los de la cuarta desde el 3 hasta el 12 de Agosto.

Como en el próximo año de 1910, por causa de celebrarse en esta ciudad el centenario de la guerra de la Independencia y de estar, con tal motivo, ocupado el Seminario, no podrá haber Ejercicios, al menos colectivos y en la forma acostumbrada; en el actual á cada una de las cuatro tandas deberá asistir de cada arciprestazgo un Sacerdote más que en los años anteriores.

Los Sres. Arciprestes formarán lo antes posible las listas de los sacerdotes que de su respectivo arciprestazgo deben concurrir á los Ejercicios que anunciamos por la presente circular, y las remitirán á esta Secretaría de mi cargo con la debida anticipación—la mayor que pudieren—á fin de que los que estuvieren legítimamente impedidos para asistir, después de exponer al Prelado la causa y de obtener la necesaria dispensa de asistencia, puedan ser sustituidos por otros del mismo arciprestazgo, según orden que se comunicará á dichos Sres. Arciprestes.

Cuidarán estos mismos de designar con preferencia y en primer término para los Santos Ejercicios á aquellos sacerdotes que lleven más años sin haberlos practicado; lo cual harán aún en el caso de que pudiera completarse dentro de cada Arciprestazgo el número de los que deben asistir, con Sacerdotes que voluntariamente se prestaran á la asistencia ó la solicitaran.

S. E. I. concede á los Sres. Arciprestes facul-

tades idénticas á las en los pasados años concedidas á fin de que durante el tiempo de los Ejercicios no dejen de estar convenientemente atendidas las parroquias.

Se advierte por último que en este año no pueden ser admitidos, además de los obligados, otros diez Sacerdotes en cada tanda.

Astorga 15 de Mayo 1909.

AGUSTIN PARRADO

Secretario

Noticias del Prelado.

S. E. I. practica actualmente la Santa Visita en el Arciprestazgo de Somoza teniendo el propósito de interrumpirla regresando á Astorga desde Turienzo de los Caballeros el día 22 por la tarde á fin de dar el 23 la primera comunión á los niños y niñas de las Catequesis, y de continuarla después hasta el día 27 en que la terminará con el favor de Dios.

BUSCO DUCEN

De influxu duplicitis in missa rogationum et pro sponsis, de et conmemoratione pro defunctis, de missa propria non mutanda, de canticis in lingua vernacula, de festo in primam diem liberam reponendo.

Rev. Dnus. A. Hermus, professor in Instituto Sur-

domitorum loci *Gestel* S. Michaelis, et Kalandarista diocesis Buscoducensis in Hollandia, de consensu Rmi. sui Episcopi, a sacra Rituum Congregatione in sequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit, nimirum:

I. Num in Misa Rogationum in festo S. Marci et tribus diebus Rogationum, occurrentibus in festo duplicitis secundæ clasis, duplicis maioris vel minoris, si in ecclesia unica tantum celebratur Missa, post commemorationem duplicitis, tertio loco addenda sit oratio de tempore, v. g. *Concede*, si nulla alia commemoration est facienda?

II. An hoc idem obtineat in Missa pro sposo et sponsa, celebranda in duplice maiori vel minori?

III. In Instituto Surdomutorum loci *Gestel* S. Michaelis unicum tantum habetur oratorium, in quo Misæ celebrantur. Portam ad viam publicam non habet, et nonnisi occasionem quarundam solemnitatum, v. g. primæ communionis alumnorum, vel de speciali licentia superioris, extranei in illud admittuntur; quæritur, utrum, attento S. R. C. decreto *Ordinis Fratrum Minorum provinciæ Germanæ inferioris*, 10 Novembris 1906, post mortem alicuius alumni, in dicto oratorio, singulo die ab obitu usque ad sepulturam, exceptis diebus in citato decreto anumeratis, pro illo defuncto legi possint Misæ de requie; quamdiu nempe corpus præsens est in domo; an vero semel tantum?

IV. Et si semel tantum, utrum eiusmodi Misæ tantum dici possint in die funeris, quasi concomitantes Misam solemnem exsequialem; an vero insuper in una ex diebus sepulturam cum Missa exequiali præcedentibus?

V. Si solemnes exsequiæ cum Missa exequiali in dicto oratorio, die sepulturæ, pro illo defuncto habentur; an insuper in eodem oratorio Missam de requie

pro eo liceat cantare prima die post eius obitum non liturgice impedita, ad normam decreti S. R. C. *Labacen.*

28 Aprilis 1902, ad X?

VI. In tota dioecesi Buscoducensi, ex indulto apostolico et de præscripto Ordinarii, iam ab anno 1853 Officia votiva SSmi. Sacramenti pro feria V, et Immaculatae Conceptionis B. M. V. pro Sabbato, non impeditis festo novem lectionun, extra tamen Adventum, Quadragesimam, Quatuor Tempora et Vigilias, ritu duplii recitantur; quæritur, utrum supradictis diebus liceat clero ad libitum dicere Missas de requie; an legere teneantur Missas conformes Officio votivo?

VII. Sacerdos, die, in qua, iuxta tit. v, n. 1 vel 2 Rubricarum Missalis, in Missa de feria vel simplici commemoratio pro defunctis est facienda, legit Missam privatam votivam S. Antonni; num etiam in eiusmodi Missa votiva commemoratio pro defunctis est facienda?

VIII. Diœcesi Buscoducensi concessum est pro die 28 Ianuarii, Officium proprium cum Missa propria S. Iuliani Episcopi et Confessoris, adprobatum et concessum diœcesi Conchensi Hæc vero Missa non reperiatur in novis editionibus Missalis romani et Gradualis; quæritur, an in posterum, pro gratia, dici possit Missa *Statuit*, approbata pro diœcesibus, quibus non extenditur prædictum Officium proprium?

IX. Dominica Quinquagesimæ et biduo sequenti, in pluribus locis diœcesis Buscoducensis habetur exercitium Quadraginta Horarum, quin tamen forma Instructionis Clementinæ stricte observetur, quum nocte SSimum. Sacramentum in tabernaculo recondatur; quæritur: 1.º num, durante pio hoc exercitio, cantica in lingua vernacula coram Sanctissimo in ostensorio exposito canere liceat? 2.º num, durante tali expositione in altari maiori, in altaribus lateralibus atque in sacellis eiusdem ecclesiæ liceat celebrare Missas de

requie, diebus tales Missæ per Rubricas permittuntur?

X. Utrum preces et hymni liturgici, v. g. Introitus, Communio, hymnus *Lauda Sion*, a choro musico-rum in lingua vernacula cantari possint infra Missam privatam; an vero eiusmodi cantica tantum prohibita sint coram Sanctissimo exposito, ad normam decreti S. R. C. n. 3537 *Leavenvorthien.*, 27 Februarii 1882, ad III?

XI. In quibusdam locis dioecesis festo S. Tomæ a Villanova, proprio die impedito, ab Ordinario iuxta Rubricas assignata est, tamquam fixa, dies 3 Octobris. Quum vero hodie festum SS. Angelorum custodum non amplius celebretur die 2 Octobris, sed prima Dominica mensis Septembris, dies 2 Octobris iam nunc libera evasit pro assignatione alicuius festi perpetuo impediti; quæritur, an nunc mutari debeat dies fixa S. Thomæ et ei assignanda sit, tamquam fixa, dies 2 Octobris?

Sacro porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commisionis liturgicæ suffragio, atque omnibus acurato examine perensis, ita respondendum censuit:

Ad I et II. Dilata.

Ad III et IV. Standum decreto *Ordinis Fratrum Minorum provinciae Germaniae inferioris*, 10 Novembris 1906, ad I, quoad 1 et 2 quæstionem.

Ad V. Servetur decretum *Labacen.*, 28 Aprilis 1902, ad X.

Ad VI. *Affirmative* ad primam partem; *Negative* ad secundam, in casu. iuxta decreta n. 1858 *Bergomen.*, 24 Novembris 1691, et n. 3792 *Strigoniem.*, 30 Agusti 1892, ad VI.

Ad VII. *Affirmative*, iuxta Rubrica et decretum n. 2077 *Ordinis Eremitarum sancti Augustini*, 13 Augusti 1701; et quidem penultimo loco inter orationes omnes

quæ eâdem die tam ex Rubricarum præcepto, quam ex Ordinarii mandato, aut ad Celebrantis placitum adiungantur, iuxta Rubricas generales Missalis romani, tit. vii, n. 6.

Ad VIII. Non expedire; et Missa retineatur, quæ respondet Officio, iam concesso.

Ad IX. Quoad primam quæstionem, *affirmative*, nisi agatur de textibus proprie liturgicis de functionibus insuper stricto sensu liturgicis. Quoad alteram quæstionem. *negative* in omnibus; quia expositio, in casu, uti pro causa publica censetur effecta.

Ad X. *Negative* ad primam partem, iuxta decretum relatum n. 3537, *Leavenworthien.*, 27 Februarii 1882, ad III; ad secundam iam provisum in prima.

Ad XI. *Negative*, sed posse, si dies 2 Octobris iuxta Rubricas et decreta, festo reponendo S. Thomæ, etiam in reformatione perpetui kalendarii dioecesani competenter; secus non posse, sed exspectandum esse tempus reformationis præfatæ.

Atque ita rescripsit, die 31 Martii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† D. Panici, Archiep. Laodicen, *Secretarius.*

DECRETO Ó INSTRUCCIONES
sobre edición de cantorales con oficios propios de alguna
Iglesia ó Instituto

Sacra Rituum Congregatio necesarium atque opportunum indicavit, quasdam instructiones seu leges circa cantus concinnandos atque edendos, Officia propria alicujus ecclesiæ vel instituti respicientes, statuere ac evulgare. Quæ quidem instructiones seu leges,

in audientia diei 24 vertentis mensis martii a sanctissimo Domino nostro Pio Papa X aprobatae ac sanctitae, sunt quae sequuntur:

1.^o Præter cantus, qui in editione vaticana habentur, alii extant non pauci, qui, quum et ipsi ad usum liturgicum, licet peculiaris tantum loci, pertineant, propterea omnino debent (decr. 11 Aug. 1905, V, VI) ad formam gregorianam concinnari, aut certe reduci, ut inde possint sacrorum Rituum Congregationis approbatione muniri.

2.^o Istiusmodi cantus, quamvis non universam spectent Ecclesiam, nihilominus in potestatem cedunt Sedis Apostolicæ, quæ eos approbando facit suos, ac pleno prorsus iure potitur de forma usque eorum admittendis, tollendis, limitandis et ita quidem moderandis, ut cantus etiam proprii singularum ecclesiarum cum typicis et inter se concordent.

3.^o Nec tamen ista suprema Sedis Apostolicæ potestas super liturgicas cantilenas impedit, quominus firma maneant possessoribus consueta proprietatis iura scilicet:

a) Ordinario, super ecclesiæ suæ Proprium, sumptum quidem universe; minime vero in partes, nisi omnino speciales:

b) Auctori vel editori primo, si agatur de melodiis vel de aliquo Proprio cuiquam ecclesiæ non reservatis, ut esset v. g. *Kyrie* in Ordinario Missæ extra editionem typicam approbatum, aut Proprium regionale; quæ tamen, decennio elapso, publici iuris fiant, salvo semper Sedis Apostolicæ dominio.

4.^o Prædictorum autem iurium usus sic temperetur, ut nullus Ordinarius auctor vel editor obstare queat, quominus alii, si conditiones infra notatas impleant, aliquem cantum proprium, suo verborum contextu, ut par est, instructum, typis pariter evulgent.

5.^o Quivis editor, cantus huiusmodi typis mandare cupiens, ad id admittatur a legitimo possessore, dummodo huic fidem faciat; *a)* de sufficienti ad rem perficiendam facultate et peritia; *b)* de præstanda eidem possessori debita remuneratione, cuiusscilicet pretium excedere nequeat duplum expensæ ad primam confectionem requisitæ.

6.^o De moderataribus supremis alicuius religiosi instituti idem valeat quod supra de Ordinariis sancitum est, peculiaribus tamen servatis privilegiis a Sancta Sede antehac concessis.

Contrariis non abstantibus quibuscumque. Die 24 Martii 1909.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

+ D. PANICI, ARCHIEP. LAODICEN., *Secretarius.*

L. ✠ S.

La nueva disciplina sobre Rescriptos de Gracia.

á tenor dd los cap. III y VII del «*Ordo servandus in Romana Curia: Normae peculiares*», por disposición de Su Santidad el Papa Pio X.

Se establece en el cap. III, art. 1.^o, n. 6 que á partir del 3 de Noviembre de 1908 los Rescriptos, dispensas y demás gracias que se reciban de la Santa Sede observado lo dispuesto en el n. 4.^o anterior, surtirán efecto no obstante que el obtentor esté pública ú ocultamente incurso en censura, á no ser que se trate de excomulgado *nominatim*, ó *nominatim* suspenso *a divinis* por el Sumo Pontifice.

En el cap. VII, art. 3, n. 21 se declara la forma en que serán concedidas las dispensas matrimoniales de grados menores (que se enumeran en el número 19)

añadiendo serán válidas como si fuesen concedidas *ex motu proprio et ex certa scientia*, sin que puedan ser impugnadas ni por obrepcción ni por subrepcción.

Veanse los textos á que nos referimos.

Cap. III, art. 1.^o, núm 4.—Si forma grata, (*re scripta sint exarata*), executorem suapte natura non postulant. Exhibenda tamen Ordinario sunt, qui ea suo *recognitionis* rescripto roboret si de rebus agatur publicis, cuius generis indulgentiae sunt communiter impertitiae, sacræ reliquiæ publicæ venerationi proponeundæ, aliaque huiusmodi; aut si comprobare conditiones quasdam oporteat, ut loci decorem in sacellis privatis, aliaque id genus.

Si vero commissoria forma rescripta expresa sint, opus habent executore. Nec licet Ordinario executionem detrectare, nisi forte horum alterutrum occurrat, ut, aut manifesto vitiosæ, hoc est obreptitiæ vel subreptitiæ sint preces, aut qui gratiam impetrabit adeo videatur indignus, ut aliorum offensioni futura sit indulti concessio. Hæc si accidunt, Prælatus, intermissa executione, statim ea de re certiore faciet Apostolicam Sedem.

Num. 6. Servatis, tum quæ superiore num. 4 statuta sunt circa rescriptorum executionem, tum necessariis conditionibus ad sacras indulgencias lucrandas; a die 3 Novembris 1908, quo die incipient vim legis habere præscripta in Constitutione *Sapienti consilio*, gratiæ ac dispensationes omnis generis a Sancta Sede concessæ, etiam censura irretitis, ratæ sunt ac legitimæ nisi de iis agatur qui nominatim excommunicati sint, aut a Sancta Sede nominatim pariter poena suspensionis a divinis mulctati.

Cap. VII, art. núm. 19.—Dispensationes *gradus minoris* sunt ab impedimentis:

a) consanguinitatis et affinitatis tertii et quarti

gradus lineæ collateralis, sive æqualis sive inæqualis, hoc est quarti gradus mixti cum tertio, et quarti vel tertii mixti cum secundo;

b) affinitatis in primo gradu, et in secundo simplici vel mixto cum primo, ubi hoc impedimentum ex illicitō commercio procedat;

c) cognationis spiritualis cuiusvis generis;
d) publicæ honestatis, sive per sponsalia sive per matrimonium ratum, super quod iam dispensatum sit, fueritque solutum.

Num. 21. Dispensationes a minoribus impedimentis concedentur omnes *ex rationibus causis a S. Sede probatis*. Sic vero concessæ perinde valebunt ac si *ex motu proprio et ex certa scientia impertitæ sint*; ideoque nulli erunt impugnationi obnoxiae sive obreptionis vitio, sive subreptionis.

Collationes pro mense Iunio

I.—De nova circa matrimonium disciplina

Casus. 1.^o—Philippus cælebs, parochianus Ecclesiæ *Sancti Marcelli* in civitate Legione, æstivo tempore solet singulis annis cum tota se familia conferre in villam, quam apud locum possidet vulgo *Bembibre del Bierzo*. Inter famulas modo receperat Annam, cuius animi dotibus sic brevi captus est, ut eam, ne suo unquam careat famulatu, uxorem ducere constituerit. Aderat tunc in domo Philippi amicus et ipse eiusdem proprius parochus, Iosephus nempe, qui novissimo Concurso ad paroecias *Sanctum Marcellum* obtinuerat, cuius tamen nondum adeptus erat possessionem. Huic igitur rem aperit Philippus, ut eum

cum Anna matrimonio iungat. Quod Iosephus libentissime facit, in Oratorio domus requirendo et excipiendo contrahentium consensum.

2.º Silverius et Rosalia, quorum matrimonio utriusque parentes obsistebant, ut consilium se iungendi connubio exequi valerent, e domo paterna in locum valde dissitum aufugientes, se sistunt coram loci parocho, quem primum rogando, tum etiam minitando compellere conantur ad suum requirendum matrimoniale consensum. Resistit parochus, at tandem aliquando, considerans se eorum posse assistere matrimonio et assistendo multa peccata vitare, requirit excipitque consensum.

Hinc:

Quær. Quid de validitate matrimonii statutum sit per Decretum *Ne temere?*.—In quo nunc consistat impedimentum clandestinitatis, et quid in hac re inter præfatum decretum et Caput *Tametsi* Conc. Trid. intersit?—Quomodo per illud Decretum mutata sit ratio iurisdictionis, quæ in celebratione matrimonii competit parocho?—Quænam in eodem Decreto statuantur regulæ de validitate matrimonii?—Utrum valeat matrimonium, si parochus, licet præsens, non fuerit invitatus ac rogatus, sed sit invitus, reluctans, vi metu gravi coactus ad assistendum, aut si non requirat atque excipiat consensum?—Quid ad *casus*?

II.—De Missa votiva

Quid est Missa votiva et quotplex.—Quandonam cantari possunt Missæ votivæ pro re gravi.—Quibus diebus prohibentur Missæ votivæ privatae.—Quomodo debet celebrari Missa votiva, tum solemnis, tum privata.—Quibus diebus celebrari nequit Missa *pro sponso et sponsa*.

INSTRUCCIONES dadas en Roma á los directores del partido inte- grista

1. Sostener la tesis católica en España y con ella el restablecimiento de la Unidad Católica, y luchar contra todos los errores condenados por la Santa Sede, especialmente los comprendidos en el *Syllabus* y las libertades de perdición, hijas del llamado derecho nuevo ó liberalismo, cuya aplicación al gobierno de nuestra patria es ocasión de tantos males. Esta lucha debe efectuarse dentro de la legalidad constituida, esgrimiendo cuantas armas lícitas pone la misma en nuestras manos.

2. No acusar á nadie como no católico ó menos católico por el solo hecho de militar en partidos políticos llamados ó no llamados liberales, si bien este nombre repugna justamente á muchos, y mejor sería no emplearlo. Combatir *sistemáticamente* á hombres y partidos por el solo hecho de llamarse liberales, no sería justo ni oportuno; combátanse los actos y las doctrinas reprobables, cuando se producen, sea cual fuere el partido á que estén afiliados los que ponen tales actos ó sostienen tales doctrinas

3. Lo bueno y lo honesto que hagan, digan y sostengan los afiliados á cualquier partido y las personas que ejerzan autoridad puede y debe ser aprobado y apoyado por todos los que se precian de buenos ciudadanos, no solamente en privado, sino en las Cortes, en las Diputaciones, en los Municipios y en todo el orden social. La abstención y oposición *a priori* están reñidas con el amor que debemos á la religión y á la patria.

4. En todos los casos prácticos en que el bien común lo exija, conviene sacrificar en aras de la religión y de

la patria las opiniones privadas y las divisiones de partidos, salvo la existencia de los mismos partidos, cuya disolución á nadie se le puede exigir.

5. No exigir de nadie como obligación de conciencia la afiliación á un partido político determinado con exclusión de otro, ni pretender que nadie renuncie á sus aficiones políticas honestas como deber ineludible; pues en el campo meramente político puede licitamente haber diferentes, tanto respecto del origen inmediato del Poder público c vil, como del ejercicio del mismo y de las diferentes formas externas de que se revista.

6. No sería justo ser de tal manera inexorables por los menores deslices políticos de los hombres afiliados á los partidos llamados liberales que por tendencia y por actitud política sean ordinariamente más respetuosos con la Iglesia que la generalidad de los hombres políticos de otros partidos que se creyera obra buena atacarles sistemáticamente, presentándoles como á los peores enemigos de la religión y de la patria como á «imitadores de Lucifer», pues semejantes calificativos convienen al «liberalismo doctrinario» y á sus hombres en cuanto sean sostenedores contumaces y habituales de errores y doctrinas contrarios á los derechos de Dios y de la Iglesia, abusando del nombre de católico en sus mismas aberraciones, y no á los que quieren ser verdaderos católicos, por más que en las esferas del gobierno ó en su acción política, falten en algún caso práctico, por ignorancia ó por debilidad, á lo que deben á su religión y á su patria. Combátanse con prudencia y discreción estos deslices, nótense estas debilidades que tantos males suelen causar, pero en todo lo bueno y honesto que hagan déseles apoyo y oportuna cooperación, exigiendo á su vez por ella cuantos bienes se puedan *hic et nunc* alcanzar en beneficio de la religión y de la patria.

7. Estar siempre prontos para unirse con todos los buenos, sea cual fuere su filiación política, en todos los casos prácticos que los intereses de la religión y de la patria exijan una acción común. Esta unión no es unión de fe y de doctrina, pues en tales cosas todo católico debe estar unido con los demás católicos, y todos ellos sujetos y obedientes á la Iglesia y á sus enseñanzas; esta unión, por su naturaleza, no es una asociación católica, ni una cofradía, ni una Academia, es una «acción práctica» no constante y permanente ó *per modum habitus*, sino de circunstancias ó necesidades ó *per modum actus*.

8. En los casos prácticos, ó con esta unión *per modum actus* ó sin ella, todos debemos cooperar al bien común y á la defensa de la religión; en las elecciones apoyando no solamente nuestros candidatos siempre que sea posible vistas las condiciones del tiempo, región y circunstancias, sino aún á todos los demás que se presenten con garantías para la religión y la patria, teniendo siempre á la vista el que salgan elegidas el mayor número posible de personas dignas, donde se pueda, sea cual fuere su procedencia, combinando generosamente nuestras fuerzas con la de otros partidos y de toda suerte de personas para este nobilísimo fin. Donde esto no es posible, nos uniremos con prudente gradación con todos los que voten por los menos indignos, exigiéndoles las mayores garantías posibles para promover el bien y evitar el mal. Abstenernos, no conviene, ni es cosa laudable, y salvo tal vez algún rarísimo caso de esfuerzos totalmente inútiles, se trae por sus fatales efectos en una casi traición á la religión y á la patria. Este mismo sistema seguiremos en las Cortes, en las Diputaciones y en los Municipios y en los demás actos de la vida pública. Nuestra política será de penetración, de saneamiento, de sumar volun-

tades, no de restar y mermar fuerzas, vengan de donde vinieren. Cuando las circunstancias nos lleven á votar por candidatos dignos, ó entre indignos, por los menos indignos ó por enmiendas que disminuyen el efecto de las leyes, cuya exclusión no podemos lograr ni esperar, una leal y prudente explicación de nuestro voto justificará nuestra intervención. En las cosas dudosas que directa ó indirectamente se refieren á asuntos religiosos, consultaremos nuestras dudas con los Prelados.

9. Sobre la censura de nuestros periódicos obedeceremos fielmente á cuanto prescribe la Encíclica *Pascendi*, y si algún conflicto ocurriese, evitaremos toda publicidad y buscaremos el consuelo y remedio, apelando únicamente á las autoridades eclesiásticas.

10. Nuestros ardientes votos son que en el gobierno del Estado renazcan las grandes instituciones de la tradicional monarquía española que tanta gloria dió á la religión y á la patria, y trabajaremos para la ascensión progresiva de nuestras leyes y modos de gobierno hacia aquel grandioso ideal, pero no dejaremos de aprovechar todo lo bueno y honesto de nuestras costumbres y legislaciones, para mejorar la condición católica y social de nuestros gobernantes, recordando que esperar lo mejor sin aprovechar lo bueno, es matar en su raíz toda esperanza del mismo ideal á que aspiramos.

11. En cuanto á la defensa de la religión y de los intereses religiosos, en lo referente á la sumisión á los poderes constituidos y á la obediencia y sumisión incondicional de nuestros Prelados, queremos en todo atenernos á las enseñanzas de la Santa Sede, principalmente de Pío IX, León XIII, y Pío X, y á las disposiciones del glorioso Episcopado español.

(Del *Boletín Oficial* del Obispado de Santander).